Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

tuis diabolus. in lectis tuis argenteis libi
do requiescit. Ista autem ferrea uincula si col
lo meo induxeris. renouabitur sicut aquile iu
uentus mea. et uidebor michi murena ornari
ad placendum christo meo in cuius amore die noc
tuque suspiro. Tunc ulpianus dixit ei. Dabo tibi
triduanas inducias ut tecum cogites. quarta
autem die aut habebo te uxorem aut habebunt
te diuersa supplicia. Anastasia respondit. Iam puta
quia tercia fluxit dies. Scias me supplicia ma
gis diligere per que uado ad eum quem diligo.
Vlpianus dixit. Et quis est quem diligis? Anasta
sia respondit. Christum filium dei uiui. Vlpianus dixit.
Mortem ipsius ducas. Anastasia respondit. Amen. Vl
pianus dixit. Quid est amen? Anastasia dixit.
Indignus es huius sermonis habere noticiam.
Vlpianus dixit. Isto tibi propicia. Et dimisit eam
decem mulieribus affinibus atque consanguineis
suis. que alie deosculantur ei genua. alie pe
des. alie manus. alie offerebant ornamenta.
alie gemmas. alie murenulas. et diuersa ge
nera epularum. Anastasia uero figens oculos suos
in celum per triduum hoc et stans in oratione. ma
nibus expansis. non manducauit. non bibit. non se
dit. sed nec leuiter dormiuit. uel dormitauit.
Transacta autem tercia die uenit ulpianus ad eas
interrogans quid profecerint. Que dixerunt ei.
Potestatem uocis nostre uelut cornicularum cla
mantium contempnens. porrexit celis aspec
tum. et ex ea hora qua nobis eam tradideras
expansis manibus perseuerat sine cibo. sine
potu. sine somno. Sed si uis aliquid facere
uade et utere ea sicut decet uirum. et noli sta
re et blandis eam lenire sermonibus stude.

Ecce pontifex ydolorum ad anastasiam ingredi volens cum opprimere eam. statim cecus factus est et non multo post expirauit.

Tunc ingressus ulpianus accessit. et uolens
eam complecti. factus est cecus. et girabat per
totum triclinium. in quo erat orans dei famula.
Ab hora diei tercia usque ad uesperum girabat
cecus. inuocans iouem. iunonem. mineruam.
et dicens. Dii liberate me. Et erubescebat
clamare. Tandem [illegible] aliquando oculi qui
ceci fuerant facti. [illegible]ne eorum in[illegible] ceperunt nimio
dolore torqueri. Tunc [illegible] cepit clamare
ad eos qui eum foris expectabant. Qui ingressi
uident anastasiam orantem et illum semianimem
et cecum. Et tollentes eum inde ~~ceperunt~~ inter
manus. ad atrium suum duxerunt. maledi
centes aperta et publica uoce imperatorem cuius

iussu anastasia suo domino deuenisset. [illegible]
facta fuisset media nox. peciit se [illegible]
lium duci ulpianus. et ut poterat magnus ponti
fex cepit inter supersticiones sacrificiorum suorum
inquirere utrum possit euadere. Cui respon
derunt demonia sua. Quoniam dei famulam anas
tasiam contristasti. nobis es traditus. ab hoc die
nobiscum in inferno eris. Quod audiens ulpianus
angustiatus est. Et cum ducerent eum ad domum.
inter manus puerorum expirauit. Post hec anas
tasia exiens inde peruenit ad domum theodo
tis. et narrauit ei omnia que fecerat dominus cum ea.
Igitur cum aliquantis diebus in diuinis laudibus permaneret.
adueniens comes leucadius a bytinia cepit
agere ut theodotes eius coniugio necteretur.

De sancta theodote et anastasia.

Cum uero per multos dies blandimentis et terrori
bus insisteret. et sancta theodotes nullomodo con
sentiret. didicit quod sancta anastasia apud eam
latebram foueret. Anastasiam uero tradidit
iudici. theodotem uero [illegible] ferro uinctam
ad consularem bytinie destinauit dicens. Augus
ti precepta auctoritate hanc ipsam conditionem
suscepi. ut si sacrificaret michi eam coniugio
copularem. si uero cerimoniam contempsisset. di
uerso suppliciorum genere deperiret. Tunc eam au
diens nicetius consularis dixit. Theodotes
audi me et sacrifica una cum filiis tuis. ne
una cum filiis tuis intereas. Theodotes dixit.
Ego non peream male. non sacrificabo demoniis.
Nicetius consularis dixit. Si tibi ferreum pectus
est. et tibi ipsi inconsulte non parcis. saltim his
tribus parce filiis. et esto illis pia. si tibi impia
definisti. Theodotes respondit. Istos deus qui michi
dedit recipiet. si uiriliter pro eius nomine tor
menta contempserint. et despicientes mun
dum et celos concupierint adipisci. unde eos
mors numquam assumet. Nicetius consularis
dixit. Consule tibi et suade filiis tuis. ut et
tu euadas supplicia. et cum ipsis ad regis a
micicias attingas. Theodotes respondit. Perueniat
ad amicicias huius impii qui amicus christi esse non
curat. me autem et filios meos. certus sum
numquam tuis monitis prebere consensum. Tunc
consularis cepit minas tormentorum tribus filiis
eius ostendere. dicens se diuersas penas
eis usque ad mortem inferre. Tunc primogenitus
eius nomine euuodius dixit. Si tormenta timenda
sunt. illa sunt metuenda que ab angelis dei inter ne